

1582 ię 19. Ebris.

Ex ms. Bibl. Latus: no 255.

255

Littere electoris Saxonie ad Sacram Regiam
Majestatem.

Pro Georgio Brentz ut bona sua in Livonia sita, bel-
li tempore intercepta recuperet, apud Rm mitem
intercedit.

Fexa N. 95. Ex ms. libl. Latuski, 255.

Serenissimo principi ac domino, domino, Stephano
Dei gratia regi Poloniae, magno duci Lithuanie, Rus-
siae, Prussiae, etc.)

70

Serenissime Rex. Exposuit nobis subditus no-
ster, Generosus Georgius Brentz, quod bona quaedam
sua in Livonia sita, que praeteritis ^(bellis) ^(a) Moscho
occupata fuissent, nunc post pacem factam senten-
tia Vestre Serenitatis restitui ipsi debeant, si in
Livoniam redire, fidelitatem Vestre Serenitati pre-
stare, et ipsemet onera defensionis ex aequo cum
vasallis aliis subire velit. Et vero ante haec tem-
pora per multos annos et provincia Livonia, et Se-
renissimo regi Poloniae, Vestre Serenitatis prede-
cessoribus, que potuerit fidelia servitia prestiterit;
tamen ^{quum} ~~cum~~ postea ob mortem fratris sui germa-
ni a nobis huc vocatus res suas in his nostris regi-
onibus constituerit, impossibile ipsi fore posthaec
semper in Livonia commorari, ideoque se constituis-
se que diximus praedia nepoti suo ex fratre, ~~Sty-~~
^{Simeoni} ~~mian~~ Brentz cedere, ita ut illi Vestre Serenitati
de iis fidelitatem, et in Livonia que fidelem vasal-
lum deent servitia prestat, et a nobis, ut hanc su-
am causam Vestre Serenitati commendaremus
humilliter petiit. ^{quum} Cum igitur non ignoremus, quam
incommodum ipsi futurum esset, si res suas hic
relinquere, et in Livoniam redire deberet, intelle-
ximus etiam, quod vii bona illa conferre vult, re-
pos ipsius, jam ante Serenitati Vestre in expedi-
-tione

Nizynski

1582. i. 19. Oct. 1582.
-tione Saxoniana adfuerit, et ^(ex) praediis illis debita
bellica munia Georgij nomine ^{ex} praefecerit, confidimus
Vestram Serenitatem, pro equitate et prudentia
sua, precibus ipsius libenter acquiescaturam, Quod
vel eo magis nostri et jam causa faciat, Serenitatem
Vestram etiam atq; etiam rogamus, quam
recte valere cupimus, eiq; officia nostra prolixè dese-
rimus, et omnium rerum prosperissimos successus
precamur. Date in aere nostra Lichtenbergensi,
19. Octobris, anno 1582.

Augustus Dei gratia dux Saxonie
S. R. I. archimareschallus et elector,
Landgravius Thuringie et marchio
Misnie, Burgravius Magdeburgensis.

La
90